

ORDO
DIVINI OFFICII RECITANDI
SACRIQUE PERAGENDI
IUXTA CALENDARIUM
ECCLESIAE UNIVERSAE
PRO ANNO DOMINI
1961



EDIZIONI LITURGICHE - ROMA
Via Pompeo Magno, 21

LIBRERIA EDITRICE VATICANA
Città del Vaticano

1960

EDIZIONI LITURGICHE - ROMA
VIA POMPEO MAGNO, 21 - Tel. 353.114 - c/c p. 1/32.560

EPHEMERIDES LITURGICAE

Directio et Administratio: Via Pompeo Magno, 21 - Roma

Annum consociationis pretium: Pro Italia L. 2000

Pro exteris regionibus § 5.

Ephemerides liturgicae, commentarium scientificum et internationale de re liturgica agens, de liturgia ita ampliori sensu tractant, ut laboris perutile instrumentum sint integramque sentiendi rationem, praecipue vero conformem menti et praxi Apostolicae Sedis praebeant. Sex in anno fasciculi, 80 circiter paginis constantes, eduntur. Commentarii lingua ex officio est latina; attamen dissertationes et notae etiam linguis anglica, gallica, germanica, hispanica et italica, cum summario latine exarato, admittuntur. Singuli fasciculi sequentes rubricas excipiunt: *Dissertationes, Notas, Ius et praxim liturgicam* (Acta Sanctae Sedis, Documenta, Notas practicas, Consultationes), *Acta Pontificiae Academiae Liturgicae, Reformationem liturgicam generalem, Biblia et liturgiam, Liturgiam pastorem, Recensiones, Notitias*. Semel in anno lata exhaustiensque liturgica *Bibliographia*, in ordinem redacta, exhibetur, in qua brevibus notis iudiciisque labores liturgici alicuius utilitatis colliguntur. Commentarium, Consilio proprio redactionali, Consultoribus S. R. C. necnon romanorum Athenaeorum professoribus constante, instructum est et praecipuorum regionum doctorum virorum cooperatione utitur.

Volumina exhausta totius collectionis commentarii «Ephem. lit.» denuo impressa sunt, et acquiri possunt apud nostram Administrationem.

TABULA TEMPORARIA
PRO ANNO 1961

ORDO

DIVINI OFFICII RECITANDI SACRIQUE PERAGENDI

IUXTA CALENDARIUM

ECCLESIAE UNIVERSAE

PRO ANNO DOMINI

1961



EDIZIONI LITURGICHE - ROMA
Via Pompeo Magno, 21

LIBRERIA EDITRICE VATICANA
Città del Vaticano

1960

DE MISSA CONVENTUALI IN FERIIS IV CLASSIS

(n. 289-290)

1. In omnibus feriis IV classis, nisi aliter praescribatur, loco Missae conventualis Officio conformis, dici potest:

2. FERIA II:

a) aut Missa quae respondet commemorationi in Officio diei currentis, ut singulis diebus in calendario indicatur;

b) aut Missa de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius elogium eo die habetur in Martyrologio vel eius Appendice pro respectivis Ecclesiis approbata: Missa pr. vel de Communi, *Gloria*, comm. feriae et Sancti forte occurrentis, sine *Credo*, praef. conveniens (n. 482), *Ite, missa est*;

c) aut Missa de Ss.ma Trinitate (*alb.*), sine *Gloria*, comm. feriae et Sancti forte occurrentis, sine *Credo*, praef. Trinit., *Ite, missa est*;

d) aut quaelibet alia Missa, quae tamquam votiva celebrari permittitur;

e) aut — extra tempus natalicium et paschale — si hodie est prima feria IV classis hebdomadae: Missa pro defunctis « quotidiana », cum or. *Deus, veniae largitor*, sequentia *ad libitum*.

3. FERIA III:

a) aut Missa quae respondet commemorationi in Officio diei currentis, ut singulis diebus in calendario indicatur;

b) aut Missa de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius elogium eo die habetur in Martyrologio vel eius Appendice pro respectivis Ecclesiis approbata: Missa pr. vel de Communi, *Gloria*, comm. feriae et Sancti forte occurrentis, sine *Credo*, praef. conveniens (n. 482), *Ite, missa est*;

c) aut Missa de Angelis (*alb.*): Missa pr., *Gloria*, comm. feriae et Sancti forte occurrentis, sine *Credo*, praef. conveniens (n. 482);

d) aut quaelibet alia Missa, quae tamquam votiva celebrari permittitur;

e) aut — extra tempus natalicium et paschale — si hodie est prima feria IV classis hebdomadae: Missa pro defunctis « quotidiana », cum or. *Deus, veniae largitor*, sequentia *ad libitum*.